



HILARIA  
**JOHANNITICA,**  
 MAGNIFICI CONSULTISSIMI  
 DOMINI,  
 DN.  OH.

 **GODOFR.**

 **ROESNERI,**

PRAECONSULIS p. t. PRAESIDIS ET  
 PROTOSCHOLARCHAE GRAVISSIMI,

DIE 24. JUNII A. R. S. M. D. CCXIX,

LAETIS DIVINI NUMINIS AVSPICIIS FELICITER

CELEBRANDA  
 PRAESENTI IDYLLIO

VELVT CERTISSIMA DEMISSAE ERGA SVMMVM

MÆCENATEM

OBSERVANTIAE TESSERA

PROSEQVI

VOLEBANT,

GYMNASII THORVNENSIS

CIVES.





Parge rosas Helicon, calathis fer lilia plenis,  
 Mascula thura adole, fument altaria thure,  
 Æternum superis hac luce effunde Falernum,  
 Et myrtis involve fores atque atria lauru.  
 Scilicet hæc gemmis atque est signanda lapillis  
 Candidulis lux alma, bono quæ fidere terras  
 Verberat, & doctum cupit illustrare Thorunum.  
 Consulis hæc magni, tum PRÆSIDIS atque SCHOLARCHÆ

Natalem famamque novo candore serenat.  
 Ergo age rumpe moras Helicon, properate sorores,  
 Hunc nitidum servate diem, per plectra sonora  
 Carmen eat, magno ROESNERO CONSULE dignum.  
 Cernitis, ut roseus processit ab æquore Titan,  
 Nebula nulla diem inficiunt, dulcesque sub umbris  
 Garrula sylvarum variat philomela qverelas?  
 Vos pariter divæ somnum detergite ocellis,  
 Nigrantesque comas disponite, nectite festa,  
 Svave melos cantate, DEUS quando otia fecit.

Dixerat aurata increpitans testudine Phoebus:  
 Vistula cum subito sacris emerferat undis,  
 Vistula Sarmatici Nymphe pulcherrima regni,  
 Sub platano quærens Zephyris motantibus umbram.  
 Miratur Pindi streptum, Musasque canoras,  
 Barbata cum lituis, vocesque ad sidera ferri.

Dicite NAIADES, inquit, cur buccina nostro  
 Margine rauca sonat, plausuque hæc acta fatigat.  
 Pieridum sacrata cohors? Jam carmina ripæ  
 Et referunt arbusta, lyram quia tangit Apollo;  
 Urbeque vicina lætæ felicia lucis  
 Argumenta sonant, referatis splendida valvis  
 Atria tota patent, pulcro distincta paratu.  
 Fallor ego, aut IANI natalia festa recurrunt,  
 Grata piis Musis, illustri grata Thoruno  
 Et certe hæc est alma dies, ROESNERE, secundo  
 Omine quam celebras, & qua Tibi mille precantur

Faulta

Fauſta Tui Cives, Pindi cupit incolæ mille,  
 Urbem felicem, cuius mea mœnia lambit  
 Lympha, cui ſummus PRÆSES modo jura miniſtrat!  
 Hoc duce virtutes, pietas, Aſtræaque virgo,  
 Sedibus æthereis reſidens, capit incrementa.  
 Hoc duce non turbatur agris, non milite inundant  
 Rura, neque haſtarum ſurgit ſeges horrida campis.  
 Hinc adeo cura vigili variisque periclis  
 Solvitur urbs, feſtisque ornat delubra corymbis,  
 Palladiaque ſuos crines præcingit oliva.  
 O felix tellus, felicia tempora, talem  
 Quæ genuere virum! redeunt Saturnia regna,  
 Nulla fremunt ubi bella, throno pax alma ſuperbo  
 Conſidet, & gravido comitatur Copia cornu.  
 Audierat nuper lituos illuſtre Gedanum,  
 Bellonæque manus ſubito perferre rapaces  
 Debuerat: mea Thorna metu damniſque carebat,  
 Læta Magiſtratu ſapiente, & læta diſertis  
 Civibus, & doctis pariter fœcunda Camœnis.  
 Nunc aliæ celebrent intactæ Palladis urbem,  
 Et Baccho inſignes Thebas vel Apolline Delphos,  
 Illi Ephesum Tempeque canant bimarimve Corinthum;  
 Iudice me fruſtra hæc & Græcia jaçtat inanis.  
 Sparta jacet fortis, dejecta eſt pulcra Corinthus,  
 Luget celſa Rhodus, doctæ famulantur Athenæ,  
 Quin nec ad antiquum ſplendorem Roma ſuperbit.  
 Hæc tamen urbs & vivit adhuc, & ſecula longa  
 Durabit, clarasque inter caput efferet urbes,  
 Ceu depreſſa ſolent inter violaria calthæ.  
 Tantum nempe valet, ſapiens ubi purpura regnat?  
 Iratusque aliis merito cum ferrea volvit  
 Urbibus, huic placidus vehit aurea tempora Titan.  
 Macte animi PRÆSES ROESNERE & Magne SCHOLARCHA!  
 Tu quia, ſeu luſtrat terras Hyperionis aſtrum,  
 Seu deſeſſa cadunt prono mox aſtra Boote,  
 Æternas animo curas verſasque ſalutem  
 Civium, & ut templis bene fit clazoque Lyceo;  
 Gloria Te divumque favor circumdabit omnem,  
 Et Tua clarabit vatum Phœbeia proles  
 Facta, Sophocleo ſemper memoranda cothurno.  
 Te quoque felicem Muſarum prædico ſedem,  
 ROESNERI quam conſilium, quam mitia ſceptra  
 Sublimem fecere. Volat Tua fama per orbem  
 Pruſſiacum, doctis celebraris & æmula Athenis,  
 Hoſpita Pieridum. Et creſcet Tibi maxima pubes,  
 Ingenuas artes ſitiens, Tua tecta ſubibit  
 Lygius, & celſas ſtudio mirabitur arces.  
 Dura Tibi fiet ſupplex Pomerania tellus:  
 Albis dona feret, mittet ſua munera Granus,  
 Romæque æternæ quondam celebratio Iſter.  
 Dacia Marte ferox literis miſcere quæret,  
 Carpathiæque Tibi tradent ſua pignora cautes,

Hic iterum Delphos augur sibi condet Apollo,  
Quem Boreas, Oriens, atque omnis terra requirat  
Casibus in dubiis & rerum abscondita discat.  
Hic arbor vocalis erit Dodonia, divum  
Voce sua responsa ferens : hic lampada nautis  
Clara Pharos trepidis accendet in æquore vasto.  
Felices o Castalides, sua si bona norint!  
Otia certa manent, & laudis adorea certa est:  
Non natale solum, non dulcia lingvere rura  
Fata adigunt; verum lentis residere sub umbris  
Auriferæ pacis licitum est & pascere mentes.  
Iamque Tibi sit læta dies, Amplissime PRÆSES,  
Heros Musarum, nostris Sol addite terris.  
Læta Tibi roseis se punica floribus arbor  
Induat, & lauri virides umbracula densent:  
Citria odoratis consurgant aurea ramis:  
Roscida mella fluant, sudent opobalsama sylvæ.  
Si vicina forent Pactoli aut flumina Tagi,  
Auri multa Tibi veherem ramenta. Sed auro  
Visa Tibi potior virtus, & gratia divum,  
Gloriaque excelsis studiis solidata, recumbunt  
Poste Tua. Sint hæc Tibi munera certa precamur:  
Utque Tibi semper lux lætior ista recurrat,  
Concedant plures pia Numina condere soles,  
Vatis olympiadas Cumææ aut Nestoris annos  
Vincere vivendo, & moderari posse Thorunum.  
Finierat sic ore loquens clarissima Nympha  
Vistula Sarmatiæ, & sacro caput abdidit alveo,  
Plaudebant vallesque undæque & Najades udæ,  
Dulci mulcentes labentia flumina cantu,  
Inque vices nomen ROESNERI illustre ferentes.  
Contra Mnemonides, cithara & testudine sumta,  
Hortis deripiunt flores, sineque ordine sparfos  
Secernunt calathis, variasque coloribus herbas  
Permiscunt. Fert prima rosas doctissima Clio,  
Calliope violas & svave rubentem hyacinthum,  
Melpomene myrtum Cypriam roremque marinum.  
Pulcra Thalia manu præfert Eratoque amaranthum,  
Lilia Terpsichore, sed olentia caryophylla  
Euterpe variis distincta coloribus offert,  
Uranix thymbras, donat Polyhymnia laurum,  
Cynthus ignotas addit mortalibus herbas,  
Unde novus vigor & redeat nova MÆCENATI  
Ætas, & vires, & gratia dia superfit.  
Miscuit hos flores Clio, fecitque corouam,  
Cui jubar & filum digitis implexuit aureum,  
Ambrosiumque caput cingens, mox talia fatur:  
Urbs honos salve, Pindi decus atque columen!  
Sidere felici natus Tua labra rigasti  
Fonte sacro, & sidus poteris magni esse Lycei,  
Atque Borussicæ simul illucescere terræ.  
Numina cuncta Tibi, magnus Tibi ridet Apollo:

Namque

Namque Tibi ingenium, svadam, vim mentis, & artem  
Contulit, atque Deæ non deseruere canentem.  
Non unquam Tuus assiduo fons deficit haustu,  
Purior at semper manat, laticesque æternos  
Ebullit. Si quid meditatam profluit ore,  
Si patrias leges, veterum si noscere facta  
Est animus, Tecum hæc habitant feliciter uno,  
Quid, quales & quam variæ Te Judice lites  
Certantur? Cunctis late Tua janua tota  
Luce patet, donec Titan declinat in axem  
Occiduum, & notæ deseruit vespera turbæ.  
Hinc adeo meriti Te sponte sequuntur honores:  
Quamvis ipsa sibi virtus pulcherrima merces,  
Ambitione procul, vacuæ mendacia famæ  
Despicit, & veniunt non accersuntur honores:  
Sed quid ego laudes memorem? Tu fronte modesta  
Etrenuis laudari, & facta in laude reponis  
Fortia. Quin pro præsidio magnoque favore,  
Aede Tua in doctas qui stillat sæpe Camœnas,  
Accipe quam fecit Parnassia turba corollam.  
Non Tibi Panchæas messes fulvique metalli  
Pondera, non hebenum, Syriæ non balsama Olympus,  
Non & Erythræis quicquid generatur arenis,  
Ferre potest: verum pia vota & carmina donat.  
Vive diu lætus, sancto applaudente Senatu.  
Incluta Te salvo (divos quam magna rogamus)  
Præside de longis consurgat Thorna favillis.  
Prisca urbi redeat facies, veteremque figuram  
Paulatim patriæ jubar & fortuna resumat.  
Vive diu vegetus, multosque Hyperionis orbis  
Dimumera, quantos volucris pergrata Tonanti.  
Aut etiam gravior siquando accesserit ætas,  
Effœtas iterum vires & tempora mutet  
Diva ministratrix æterni nectaris Hebe.  
Quamvis stelligeri nos omnes ignea coeli  
Plaga vocat, nomenque Tuum cupit esse Trioni  
Arctoo fidus vicinum, candida sive  
Lilia sive rosæ fuerint, insignia gentis  
ROESNERIAE; lento tamen appete sidera gressu  
Elysumque nemus, neque Te tellure relicta  
Ocyor aura ferat. Nostra o felicia Tempe  
Et ver æternum, ROESNERO Præside salvo!

Avolat his dictis Clio & succedit Olympo:  
Dumque abit, ambrosios ridens exhalat odores,  
Totæ ædes fragrant, & tota palatia lucent.

CAN.

# CANTATA

A R I A. Chocur.



He funckelnden Sterne verdoppelt den Schimmer/  
Bestrahet von ferne die fröliche Brust.

Verstärcket die Lust/

Es schencket das Glücke

Annehmliche Blicke.

Patronen ist immer/ das güldene Zimmer

Der Freuden/ der Ehre und Wohlfahet bewußt.

Da Capo

Recit.

Du Blum und Ruhm der Stadt

Hochtheurer MAECENAT.

Alhier entblödet sich ein niedres Theil der Deinen

Vor DIX in Demüth zu erscheinen /

So diesen Tag mit vollen Freuden ehre.

Die gegen DICH uns eingepflanzte Liebe/

Respect und Veneration,

Sind zur Auffwartung DICH verbundene Triebe.

Zwar wo das unschätzbahre Leben

Dem MAECENAT kan verlangte Strahlen geben/

Da braucht man keinen Freuden-Thon.

Jedoch wovon das Herz voll ist/

Da müssen Lippen über gehn :

Und so schweigt nicht der Mund verbundenster Clienten/

Wenn theuerste Regenten

Im Golde höchster Ehren stehn.

A R I A. Solo.

Hret den belaubten Baum/

Der mit sanffter Kühlung dienet.

Liebet seiner Blätter Pracht/

So das Herze frölich macht/

Rühmet diesen Anmüths-Schatten/

Wo sich Huld und Sanfftmuth gatten/

Wo der Musen Wachsthum grünet. Da Capó.

Recit.

Recit.

Gantz Thorn weiß/  
Was Seines **ROSENERS** Maß und **Schweiß**  
Vor Wohlfahrts-Früchte träget.  
Wenn ER das Ruder frisch anleget/  
So schätzt ER sich beglücke/  
Ob **JHN** gleich Tag und Nacht der **Sorgen** Aclas drückt.  
Beglückte Stadt!  
Die so das **RECHTESAMERER** hat:  
Beglückt Gymnasium!  
Das mit dem höchsten Ruhm  
Der gleichen Pharus lencket.  
ER ist der Rosenstock/  
So Huld und Anmuth schencket.  
Wer **JHN** nur nennen hört/ muß den Geruch empfinden/  
Und gleich Vergnügen finden/  
Ich Schweige/ was Ier spricht/  
Der **SENER** **GLITZE** Knospen bricht.

**A R I A.** Chocur.

**D**En Edlen Schutz der Musen  
Muß Heyl und Glück erhöhn.  
Das Gold gelehrter Sachen  
Kan zwar Begierde machen:  
Doch der **PATRONEN** Leben  
Muß Trost und Hoffnung geben  
Auff den Parnals zu gehn.

Da Capo.

Recit.

Hier stehen wir/  
Als **DENER** **GLITZE** Zeugen/  
Und wollen uns vor **DJK**  
In tieffstem Danke neigen.  
Hochwerthester **JOHANN**/  
Nimm dieses Opfer an:  
Indem die Dürstigkeit sonst nichts/

Als

Als Röthe unsers Angesichts/  
 Und Seuffzer lieffern kan.  
 Wir wollen **DEINE** **HILF** mit Danck in Demuth lassen/  
 So lange noch der Weichsel Fluthen fließen.  
 Der Höchste flöße nur die Ruh/  
 Von den bestirnten Zinnen/  
 In die vergnügten Sinnen /  
 Und lege **DEINER** Zeit erhöhtes Alter zu.  
 Das Glück lasse sich hernieder/  
 Und bringe dieses **NAHMENS** **WERTHES** **WIRKES** **WIRKES**  
 Noch vielmahl wieder :  
 So wird noch oft/ wie man ihz siehet/  
 Ein Danck-vermischtes Freuden-Lied  
 Durch Luft und Wolcken steigen.

**ARIA à CHŒUR.**

**H**immel ach! setze dein kräftiges **ARM**  
**U**nsern Wünschen und Danken mit bey.  
 Günstiges Glück  
 Bringe noch öfters die Stunden zurücke/  
 Daß mit **HEINRICHS** **ERFREULICHEM**  
**NAHMEN**  
 Helicons Wachsthum bekräftiget sey.

